



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

27 Pauperum defensio incumbit Aduocatis Consistorialibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

inſeruiabant Defenſores Regio-
narii ſecundum Baronium loco
præcitato verſ. inſeruiabant ipſi
&c. & formam electionis ſupe-
riùs relatam ibi. *Et quid quid*
pro pauperum commodis tibi à
Nobis fuerit iniunctum incor-
ruptè, & viuaciter exequaris:
Quod etiam de Protetdico, ſiue
Defenſore Eccleſiæ Conſtanti-
nopolitanæ aſſerunt Baſamon.
in diſceptatione De Carthophila-
ce, & Protetdico, Gretzerus in
Codinum dicto lib. 1. cap. 5. nu. 2.
verſ. ad quorum munus, & Ioan-
nes Meurſi dicto Gloſſario V.
ΕΚΔΙΚΟΣ pag. 149. col. 2. in
princ. Eadem * nanque paupe- 27
rum Defenſio incumbit Aduo-
catis Conſiſtorialibus, è quo-
rum

28 rum * numero Sedes Apostolica
 eligit Aduocatum Pauperum,
 id testantibus Pio Secundo in A-
 pologetica hisce Verbis. *Quorum
 qui Senior est, Pauperum Aduo-
 catus appellatur; & Pio V. sanct.
 mem. in Motu proprio exhibi-
 to Collegialiter die 14. Martii
 1565., & registrato in Protocol-
 lo Curtii Saccocciaë tunc Secre-
 tarii eiusdem Collegii fol. 50.
 quem typis edidit celeberrimus
 vir, non minus doctrina, quàm
 pietate Reuerendiss. D. Scan-
 narolus Sidoniarum Episcopus
 in Appendice ad eius perutilem
 tract. De Visitatione Carcerato-
 rum pag. 6. & 7. ibi, Cum mu-
 nus istud (loquendo de Aduo-
 catione pauperum) ad Colle-
 gium*